nē ſpiritualeꝫ fiet thoꝛi ſeꝑatio ſicut
fieret pro carnali.vt.xxviii.q.i.ſimi/
li modo ⁊ idolatria vſqꝫ in fi.et ea.
cau.q.ii.c.ſi.⁊ ex̄.de diuoꝛ.quāto.et
c.ex iris ad qđ.xxvii.q.i.ſi q̊s votuꝫ

Quid ſi infidelis habeat pľes vx
ores dicendum ꝙ illa cū qua primo
contraxit eius erit ⁊ ſi ſimľ duas ac
cepiſſet ſic nulla erit eiꝰ vxoꝛ niſi vna
illarum habuiſſet impedimētū quo
eam accipere non potuiſſet q̊a tunc
alia eſſet eiꝰ vxoꝛ.vt habeť i ſum.an/
geli.impedimentū.x.§.iiii.

An inquiſitores poſſint procede/
re ɔtra illos qui cōtraxerunt matri/
monium cum duabus.ſcilꝫ vna vi/
uente aliam in vxorem habendo.vi/
de.ĭ.contrahens.§.i.

Item nota ꝙ infideles contraxe
runt in p̄miſſis gradibus ſm ſuaꝫ in
fidelitatem ꝙ ſi poſtea conuertātuꝛ
ad fidem ꝙ illud matrimoniū tenet
et non diſſoluitur.in.c.gaudemꝰ.de
diuoꝛ.⁊ de conſanguini.et affini.de
infidelibus.

Supra in.§.ſed quid ſi catholicꝰ.
dictum eſt ꝙ ſi catholicus cōtrahat
cū heretica baptiſata ꝙ tenet matri/
moniū.ponamꝰ ꝙ catholicꝰ vult cō/
trahere cū heretica baptiſata an poſ
ſit.et dicendū ꝙ nō.quia ianua oīm
ſacramentoꝝ eſt baptiſmꝰ.xxxii.diſ.
.§.verū.qđ habeť.xxviii.q.i.in glo.c.
caue.ſꝫ ſi ɔhat tenet mr̄imoniū.ſiť
cū excōicato.vt eſt gl.in.c.nō opoꝛ
tet.ea.xxviii.q.i.viđ.ĭ.mr̄imonium.

An talis heretic⁹ ſi redierit ad ec
cleſiã.an poſt reuerſioneꝫ recuperet
vxorem quam amiſit per hereſim.et
reſponderi poteſt ꝙ aut tales fuerũt
ſeparati iudicio eccleſie aut non. Si
nõ erant ſeparati iudicio eccleſie alt
coniunx tenetur omnino redire ad
alium.Si autem per ſententiã erant
ſeparati.tunc enim in electione illius
qui in fide remãſit eſt an velit ad cõ
iugem redire vel religionem intrare.
quia non poſſet in ſeculo remanere.
nec alium accipere illo viuẽte q̃ mo/
do eſt conuerſus cum ille dicatur ꝑ
penitentiam ſanat⁹.vt.xxxij.q.j.quõ
autem.⁊ ita debet intelligi.ex.de di/
uor.de illa.⁊.c.quanto:⁊ de conuer
ſio.coniuga.c.fi.⁊ de hec vide.xxxij
q.i.dixit dñs.⁊.xxxij.q.vij.his võ.

Si coniugatus vel vxoratus de
facto ordinetur q̃uis recipiat carac/
terem ordinis tamen compellitur in
ſtante coniuge matrimonium con/
ſummare.⁊ ſic nõ.caſum in quo ſa/
cerdos poteſt habere vxorem.abbas
in.c.verum.de conuerſione cõiuga.

An coniugatus poſſit fieri cleri/
cus vel intrare religionem vxore ma
nente in ſeculo ⁊ econuerſo.⁊ licet
non ſit huius materie.tamen cũ ego
ſim coniugatus aliqua breuiter trãſ/
eundo narrabo circa queſtionẽ que
trahitur per abbatem ex.de conuerſi
one coniuga.in.c.coniugatus.⁊ cir
ca illud qõ habetur in glo.c.nullus
de tempo.ordi.li.vj.ſeꝫ ꝙ coniuga/
tus poteſt eſſe clericus muliere ꝯſen
tiente ſi vouit votum caſtitatis i ma
nu epiſcopi.licet ipſa ſit pulcra ⁊ ha
beat etatem ſuſpectam.ꝙ ſecus eſt.
ſi velit ingredi religionem licet ipſa
conſentiat ⁊ voueat ſi fuerit ſuſpec/
ta.ſcilicet pulcritudine et etate.ſꝫ re/
quiritur ꝙ ſit ſenex et ſine ſuſpitiõe.
vt i.c.cum ſis.eo.ti.vbi tenet abbas
ꝙ ſi mulier commiſit adulteriũ ma
ritus poſſit ingredi religionem ipſa
manente in ſeculo ꝙ tunc maritus
ſit ſolut⁹ a ſeruitute vxoris ⁊ ſic poſ
ſit libere ingredi religioneꝫ ⁊ ipſa nõ
poteſt contrahere niſi poſt mortem
naturalem mariti.hoc abbas vbi.ſ.
⁊.xxxij.q.vij.hi võ.Nota differen/
tiam inter intrãtem religionem et de
promoto ad ordines ſacros manen
te vxore in ſeculo.quia ordinatus te
netur in neceſſariis prouidere vxori.
vt.xxxi.diſtin.c.omnino.ad qõ nõ
tenetur religionem ingrediens.vt di/
cto.c.coniugatus.vbi.ſ.⁊ ibi abbas

Et eſt notandum ꝙ maritus ꝓ/
motus tenetur corrigere vxorem. vt
de iureiuran.quemadmodum. in fi.
⁊ melius facit.xxxiii.q.ii.placuit.

Nota ꝙ apoſtoli vxores ſuas q̃s
ante apoſtolatum duxerant:ſine car
nali cõmixtione circũducebant.vt
mercede predicationis ſuſtentaren/
tur ab eis.xxxi.diſtin.omnino.

Omnis res per quaſcunqꝫ cau/
ſas naſcitur.per eaſdem diſſoluitur
xxvii.q.ii.omnis res.

Item nota in dicto.c.coniugat⁹
ꝙ promotus poteſt prouidere vxo/
rem et filios de redditibus bñficii:et
ſi non habet aliũde.vt i dicto.c.om/



no.Et poti⁹ illis ꝙ̃ exneis.ar.in.ca.
nõ ſatis.lxxxvj.diſ.nã poti⁹ tenetur cõ
ſanguineis paupib⁹ ꝙ̃ exneis.vt i.c.i
de coha.cle.⁊ mu.vide.j.religio

Et ſic ꝯcludẽdo ꝙ regl'a eſt ꝙ al/
ter ꝯiugũ nõ poſſit ingredi religionẽ
altero inuicto manẽte in ſeculo exce
pto ꝓpter adulteriũ.vt tenet ab.in.c.
cũ ſis.de ꝯuer.ꝯiuga.⁊ cũ hereſis ſit
adulteriũ ſpũale.vt.j.dicet in parte
fornicatio.⁊ in parte zelotes:ſeu ze/
lus.ideo ꝓpter hereſim p̃t fieri ſepa/
tio aucte iudicis.vt.j.dicet ſuis lociſ

Cõiugalis act⁹ exercit⁹ cauſa ge/
nerationis caret quodã pctõ non tñ
ẽ meritori⁹.nõ.xxxij.q.ij.ꝯnubia.

## cõparatio hereticoruꝫ

Ad infideles ⁊ qualiter eis cõparan
tur.vide.j.hereticus

**cõparens** ſepe ꝯtingit in inq̃ſi
tione ꝙ tp̃e gr̃e multi de genere con
uerſoꝝ cõparẽt corã inq̃ſitorib⁹.⁊ ſe
rep̃ſentãt corã eis cũ q̃dã falſa ſcri/
ptura ⁊ dicũt ſe nunq̃ erraſſe in fide
catholica.ſꝫ poti⁹ ſe aſſerũt fideles ⁊
catholicos eſſe.⁊ circa p̃dicta q̃ritur
an tales q̃ ſic cõparent ⁊ ſe faciũt de
ſcribi in inq̃ſitione ſint ꝓpter tale ſu/
ſpecti in aliquo d̃ hereſi.ad hoc vt ꝓ
pter illud teneant in aliquo talit ꝙ i
quiſitores poſſint ꝯ̃ eos ꝓcedere ad
qõ p̃t r̃nderi ꝙ in aliquo teneat et ꝙ
inq̃ſitores poſſint ꝯ eos inq̃rere.naꝫ
in delictis p̃ncipiũ ⁊ ꝓpoſitũ cõſide
ram⁹ ⁊ nõ exitũ.vt in.l.i.ff.ad.l.cor
nel.de ſic.facit tex.in.c.cũ volũtate
de ſen.ex:⁊ eo ꝙ p̃mo delibauit ſe i
ſcribẽdo ꝙ fecit culpabilẽ ſe ſentiẽdo
⁊ p̃ſumit mẽte delibata ⁊ ſana feciſ
ſe ⁊ zelo fidei ⁊ ei⁹ fauore.Et ꝙ po/
ſtea ⁊ ſecũdario fecit negãdo ſe in ni
hilo erraſſe ꝯ fidẽ ꝙ illud dixit ⁊ fe/
cit mala mẽte ⁊ fraudulent.vt ꝓbat
tex.in.c.lr̃as.de p̃ſum.⁊ ibi ab. et ſi
p̃dicta ꝓcedunt ⁊ preſumunt in deli
ctis q̃ ſunt odioſa a fortiori p̃ſumen
dũ eſt ⁊ ꝓcedit in reb⁹ ꝯcernẽtib⁹ ſa/
lutẽ aiarum et ipſarũ fauorẽ ſicut in
caſu nr̃o vbi ſolũ p̃dicte ꝯfeſſiões fi
unt ⁊ admittunt vt p̃dictis ꝯfitenti
bus facta pri⁹ abiuratiõe et obtenta
abſolutiõe excõicatiõis iniũgat eis
pnia ſalutaris.iux.c.ad abolendã.⁊
c.excõicam⁹.el.i.de hereti.et.c.vt of
ficiũ.eo.ti.li.vj.ad qõ facit.c.lr̃aturã
et.c.poſtulaſti.d̃ voto et voti redẽp.
vbi ſola volũtas ꝯiecturata vouẽdi
habet ꝓinde ac ſi exp̃ſſe vouiſſet id
qõ mente ſola ꝯceperat.Et i dubiis
ꝯcernẽtib⁹ ſalutẽ aiarum ſicut eſt in
caſu nr̃o debem⁹ p̃ſumere quẽ ãte re
um et obnoxiũ ꝙ̃ liberuꝫ et ſine ma
cula.vt ꝓbat in.c.i.xj.q.iij.et debe/
m⁹ ſeq̃ i hoc caſu id qõ eſt tuti⁹ et cer
ti⁹.vt in.c.iuuenis.de ſpõſa.iux illõ
tene certũ et dimitte incertũ.de peni.
diſ.iij.c.ij.et de homi.c.ad audiẽtiã
Et bonarũ mẽtiũ eſt ibi culpã time
re vbi minime reperit.vt in.c.i.d̃ ob
ſerua.ieiu.ſꝫ his nõ obſtãtib⁹ p̃t dici
ꝙ illi tales q̃ ſic cõparẽt in nihilo te/
neant ex ſola deſcriptiõe et cõpare/
ſcẽtia:ſiue ꝯſiderem⁹ ꝙ ex p̃dicta ſo
la deſcriptione ꝓcedat ad pniam ſo
lũ iniũgẽdã ſiue ad penã delicti q̃ re/

ſultabit ex predicta ꝯfeſſione impo/
nẽda.Nã ſi ad penã delicti eſt proce
dendũ ex ꝑdicta cõfeſſione fiẽda nõ
ꝯſtat de delicto ex ſola deſcriptione.
Nã ꝓbationes in delictis debẽt eſſe
luce clariores.per.l.ſciãt cũcti.C.de
proba.Nam aut debet cõſtare de de
licto ꝑ confeſſionẽ:aut ꝑ teſtes vl' in
ſtrumẽta:vel preſumptiones violen
tas:de quibus nulla occurrit in pre/
dicto caſu.vt probat tex.in.ca.cũ ad
ſedem.de reſtitu.ſpo.ergo ⁊c̃.nec ſuf
ficit illa ſola deſcriptio ad penitenti
am imponendã ſalutarẽ talibus.nã
peccati venia:nõ datur niſi correcto.
vt in regula peccati.de regu.iu.li.vj
Et corrigi quis non poteſt niſi con/
fiteatur ⁊ reum ſe cognoſcat ore pro
prio.vt in.c.omnis vtriuſqꝫ ſexꝰ.de
peni.⁊ remiſ.Et in foro pnie creden
dus eſt confitens:ſiue ꝯfiteatur:ſiue
neget maxie cũ iuramento.vt in glo
c.ſignificaſti.d' homici.cum alijs ſi.
ergo ꝯcluditur ꝙ ex ſola tali deſcri/
ptione ꝙ in nihilo teneatur talis cõ/
parens ſed ꝙ ſit relinquendꝰ iudicio
dei qui eſt ſcrutator cordis ⁊ renum
vt in.c.nouit de iudi.ergo **prouiſo ſolerter.**

Itẽ nota ꝙ ꝯtumax nõ cõparẽs
corã inquiſitoribꝰ ꝑ citationẽ ſibi fa
ctã:vel cũ ꝑ edictũ vocat' ꝙ talis ex/
excõicatur et ſi ꝑ annũ in excõicatio
ne ꝑſiſtit ⁊ ꝑtinaciter ꝑdurat animo
indurato in illa excõicatione ꝙ talis
poterit infra annũ velut hereticꝰ cõ/
demnari.vt in.c.cũ contumacia.de
hereticis.li.vj.

**Cõqueruntur** iſti conuerſi
ſeu neophiti noſtri tẽporis de inq̇ſiti
one que ꝯtra ipſos fit.Nã primo di/
cunt non ꝓ me ſed mea re mõſtran
do ſe immunes ab his de q̇bꝰ ipſi cõ
fitentur cõmiſiſſe circa ritꝰ ⁊ cerimo
nias iudaicas d' q̇bus accuſant' obij
ciendo ⁊ dicendo ꝙ iſti chriſtianiſſi/
mi reges non ꝓcurauerũt inq̇ſitionẽ
in regnis ⁊ dñijs ſuis.niſi ꝓpter cõ/
cupiſcentiã bonoꝝ ſuoꝝ.ſꝫ iſti iudai
ca ſuꝑſtitione obcecati.ſuper quoꝝ
oculos vt ait apoſtolus Uſqꝫ hodie
velamen illud moyſi appoſituꝫ ma
net vt oculos habẽtes nõ videãt nõ
attendũt q̃tum ſint ꝯtraveritati que
loquũtur.nã ſi eni ꝑncipes ꝑfati eo/
rũ vellẽt bona nequaq̃ miſcdiã po/
licẽtes eos inuitarẽt ad pniam.ſꝫ q̄
eoꝝ ſalutẽ ex viſceribꝰ ſitiunt etiã qd'
fiſco ſuo cõpetebat dũ tñ ꝯuertãtur
liberaliſſime ipſis relaxant.nec tales
erubeſcunt ſua dicere q̇ in huius er/
rorem lapſi nil in ſuo dominio reti/
nent vl' retinere poſſunt niſi ex miſe/
ricordia.vt.s̈.bona.⁊ habet' i.c.quo
iure.viij.diſ.⁊ in.c.ꝙ autem.xxiij.q.
vij.de quo.s̈.bona.ꝑ totũ.Et quia
male meriti publica egeſtate labora
re debent.vt.C.ad.l.iulie.ma.l.q̇ſq̇s
canonizata.⁊.ff.depo.bona.fi.⁊ gl.
xv.q.vij.in.c.nos ſctõꝝ.

Itẽ ꝯq̃runt' dicẽtes ſeuã crudeli
tatẽ in eos exerceri.ſed his ꝑt rñderi
ꝑ illud hiero.ſuꝑ eſaiam.nõ eſt cru/
delis qui crudeles iugulat.ſꝫ crude/
lis patientibꝰ eſſe videtur.nã latro ſu
ſpenſus patibulo crudelẽ iudicẽ pu/



tat.xxiij.q.v.non eſt crudelis.Deus
eni q̇ eſt miſerator ⁊ miſericors ⁊ pa
tiens nõ ideo crudelis rigidꝰ ⁊ cruẽ/
tus reputat' qui diluuio genꝰ huma/
nũ deleuit ⁊ ſuꝑ ſodomã ⁊ gomor/
ram ignem ⁊ ſulphur pluit egyptios
ſubmerſit in fluẽtibꝰ iſraeliticaruꝫ ca
dauera proſtrauit in heremo.ſed ad
iſta ſemꝑ ſe ꝯquerẽdo dicũt ꝙ eccle/
ſia eſt pia mater ⁊ nunq̃ claudit gre
miũ ſuum.vt.j.rediens.

Itẽ ꝯqueruntur' dũ reconciliantur
de penitentijs ſibi iniunctis ꝓpter tã
enorme delictum ꝑ eos commiſſuꝫ.
Et ſilĩmodo ꝯqueruntur' eo ꝙ priuan
tur officijs ⁊ honoribꝰ de q̇bus vide
.j.pena ⁊ pnia.vbi apparebit ꝙ pro
pter tam graue crimẽ ſunt digni ma
ioribus penis ⁊ penitẽtijs . q̇bus ad
ꝑſens eis iniũgunt'.nã quicunqꝫ di/
gnitatẽ diuini gradꝰ nõ cuſtodierunt
fiãt ꝯtẽti aiaꝫ ſaluare. nã reuti i ꝑſti
nũ ſtatũ difficile eſt.vt.l.di.q̇cunqꝫ

Ad quos mltiplicit' poteſt rñde
ri ex predictis ſuis friuolis querelis.
⁊ ꝙ in eos iuris cenſura ⁊ ſeueritas
ſint exercende.vt pꝫ ad.l.iul'. maieſ.
in.l.q̇ſquis.que eſt canonizata.vj.q.
i.ſi quis cum militibus.

Et ꝑmo nõ poſſũt ꝯq̃ri eo ꝙ eis
bona auferunt'.nam eis reſpõdet au
guſtinus ſcribendo ad vincẽtiũ per
hec v̇ba illiꝰ.c.i.quicũqꝫ.xxiij.q.vij.
vbi dicit.ideoqꝫ falſo res appellatis
veſtras:quas nec iuſte poſſidetis . et
ſm legẽ terrenoꝝ regũ amittere iuſſi
eſtis fruſtraqꝫ dicitis nos in eis con
gregandis laboramꝰ cũ ſcꝑtum lega
tis labores impioꝝ iuſti edũt . et etiã
poteſt eis rñderi ꝑ ea q̃ dictus augu/
ſtinꝰ rñdet ꝯtra petilianũ ꝑ hec v̇ba
illius.ca.ſi de rebꝰ.dicta.xxiij.q.vij.
vbi ſic dicit.ſi de rebꝰ ad oẽs iniquos
⁊ ĩpios illa vox dñi valet.auferet' a
vob r̃gnũ dei ⁊ dabit' genti faciẽti iu
ſtitiã.an fruſtra ſcriptũ eſt ſapiẽtie.x
labores iniuſtoꝝ pij edent q̃propter
magis mirari debetis ꝙ adhuc tene
tis aliq̇d q̃ ꝙ aliq̇d amiſiſtis etiã de
hoc vide in.c.ꝙ ſuper his.ex̃. de vo
to ⁊ voti redempti.⁊ ibi ꝑ hoſtiẽ.et
Inno.⁊ Jo.an.⁊ abbatem.

Itẽ nõ poſſunt ꝯqueri niſi de ſe
metipſis cũ ob ſuã ꝑfidiã talia pati/
untur.vt.xxiij.q.iiij.diſplicet.Nã ta
les q̇ ſemel baptiſmũ ceperunt ſi vo
lũt firmiter tenere ⁊ obſ'uare fidẽ ca
tholicã ne ſanctũ baptiſma ꝑ eos ꝓ
phanet' debẽt ꝑ epꝫ vl' inq̇ſitores car
cerari:ligari:torq̃ri:⁊ affligi.vt ꝑ ta/
lia cõpellant' ad fidẽ redire catholi/
cã.vt habet'.xxiij.q.v.ad fidẽ.Nam
ſtudiũ ꝑlatoꝝ ⁊ inq̇ſitoꝝ debet eſſe
ꝙ chriſti inimicos diſtricta vltione
corrigant ⁊ caſtigẽt.vt.xxv.q.v.per
uenit.⁊.c.contra idoloꝝ.concor.ext'
de offi.ordi.irrefragabili.cum ſimi/
libus.Et taliter per ipſos debent co
herceri .vt ipſi inuicti timẽdo id qd'
non volũt pati relinquãt aioſitateꝫ
infidelitatis ⁊ cõpellant' recognoſce
re veritatẽ ⁊ timẽtes reſpuãt falſuꝫ d'
quo ꝯtẽdebãt et ſeq̃nt' verũ qd' ꝑmi
tus neſciebãt.et hoc etiã ꝓbat'.xxiij.
q.vj.c.ꝙ errauerat.cũ ſequẽ.vſqꝫ in
finẽ.et ſic quos dei timor non reuo/

cat cōpeſcat ſaltē ſeueritas diſcipli/
ne.vt ex.de cleri.coniuga.cū incon/
tinentes.§.clerici.ita notat plene ar/
chi.ex de here.c.ij.poſt pnci.li.vj.et
ibi vide et.s.cogendi.

**Conuerſatio.** Ex ꝯuerſatio
ne aliquid pſumit. C. d ſpō.l.fi.
Item notandū ꝙ ppter conuer/
ſationē talis qs pſumit manifeſte q
lis eſt ille cum quo ꝯuerſat.vt patet
de hereticis.c.accuſatꝰ.§.ille quoq3.
li.vj.et in auct.de monachis.§.ſi vo
bis. **Ideo prouiſo ſoler
ter** vide.j.pſumptio.§.propter con
uerſationem.
Itē talis qs pſumit qlis eſt locꝰ.
vbi continue ꝯuerſat.vt.l.iuſto erro
re.ff.d vſuca.docto.in.l.ij.C.vbi ſe
na.vel clariſ. **Ideo prouiſo
ſolerter.**
Item ex ꝯuerſatione hereticorū
fit quis ſuſpectus de hereſi.vt.s. co
gnoſcunt.et.j.detegitur.
Conerſatio honeſta potius atte/
ditur ꝙ nobilitas.de preben.ex.in.c.
venerabilis.
Conuerſatio idest fama.xxiij.di.
preſbyteri
Non eſt ꝯuerſandum cum incā/
tatoribus diuinatoribꝰ et ſortilegijs.
vel demones inuocantibus. vel cu3
illis qui vtuntur artibus reprobatis
per eccleſiam:nec tales debent in do
mo recipi.vt dictum eſt ſupra in lit/
tera a. et hoc prohibetur ſub
pena anathematis.vt.xxvj.q.i.ca.ſi
qs a nob.ergo ſi cū iſtis talibꝰ phibe
tur ꝯuerſatio.ergo a fortiori cū iſtis
hereticis ne alios corrumpant.
Nō ꝯuerſare cū hoibꝰ et hominū
carere ſuffragijs grauiſſima pena eſt
vt.C.d apoſta.l.ij.vid.j.excōicatio.
et.j.indeꝰ.et.j.punire.

**conuerſio** Iſtoꝝ hereticoꝝ et
apoſtatarū cū magna cautela debet
inſpici p ipſos inqſitores qñ ipſi di/
cūt ſe velle ꝯuerti ad gremiū ſancte
mřis eccřie ne ſimulata ꝯuerſiōe re/
deāt fraudulēt:et ne ſub agni ſpecie
lupū gerāt.vt habet in.c.vt officiū.
§.ꝓuiſo ſolerter.de hereti.li.vj. ideo
in ꝯuerſione iſtarū vulpecularū di/
ſcretio ipſiꝰ inqſitoris debitā mode/
ratione adhibebit pdictis.ſ.ꝯiecturā
quā habet de ꝯuerſiōe ⁊ de penitē.⁊
dolo.talis ꝯuerſi .**ergo proui
ſo ſolerter.**
An cū illis q in pncipio ꝯuertun
tur agat mitiꝰ ꝙ cū alijs q vlteriꝰ di/
ſtulerūt ꝯuerti.et dicēdū ꝙ mtiꝰ agit
cū illis q in pncipio ꝯuertunt ꝙ cu3
alijs q diſtulerūt ꝯuerſionē.qr cū ta
libꝰ augēda erit pena.vt in.c.fi.de he
reticis.§.ſi qui autem.
An ꝯuerſi p vim ſint cogēdi fidē
tenere quā ceperūt.vide.s. cogendi.
et.s.conqueruntur.
Itē ficte ꝯuerſꝰ dicit ille q recuſat
pniam ſibi iniūctā ab inqſitore adi/
plere.vt de peni.diſ.iij.c.pnia.cū ſi.
et.c.lras.de pſump.et in.ca.inter.de
pur.cano.et vide.s.ꝯfeſſio. de eo q
ꝯfeſſꝰ eſt hereſi3 et eā poſtea ꝯdicit.
et vide.j.ficte ꝯuerſus.et.j.penitētia.



**Ideo prouiſo ſolerter**
Itē ficta ꝯuerſio dicit qñ alicui
fuit ſibi iiuncta aliq pnia ⁊ eā viola/
uit.videl3 frangēdo carceres ⁊ fugiē
do vel aliter pniam nō adimplēdo.
ita ꝙ ſi legittimā ꝓbationē non mō
ſtrauerit erit talis vt impenitēs here/
ticꝰ ꝯdēnandus.nā pſumit ficta cō/
uerſio ⁊ ſimlata ⁊ materia veteris er/
roris ꝯdita.ad hoc.de pe.diſ.ij.c.i.⁊
j.fugiens.nā exitꝰ acta ꝓbant.xxij.q.
ij.ꝙ ait.⁊ pcedētia p ſequētia cōꝓ
bant.oſtēdunt igit exceſſum vetere
placuiſſe.ar.xxj.q.i.⁊ his cōcor.ar/
chi.in.c.vt cōmiſſi.§.etiam illoꝝ. et
v.obediētes.de hereti.li.vj.⁊ guido
fulconis in illis qndeci queſtionibꝰ
quas fecit ad inqſitores.ideo **pro
uiſo ſolerter** ⁊ vide.j.ficte cō
uerſus.⁊.j.penitētia.
Sed ꝯuerſio relapſi nō eſt admit/
tēda ad hoc vt pena3 mortis euitet.
vt.j.relapſꝰ.tamē ſi humiliter ſacra
mēta pnie ⁊ eucbariſtie petierint et
apparuerint i eis ſigna ꝯtritionis nō
ſunt eis denegāda.vt in.c.ſup eo.de
hereticis.li.vj.⁊ ibi pe.d ancha.⁊ p
docto.de qº.j.relapſꝰ.et.j.ſacramēta

**cōſentiēs** ſi tolerat tacēdo errā
tem quē poteſt corrigere nō ꝑt excu/
ſari.vt dicit auguſtinꝰ.innocētes nō
eſtis ſi fratres veſtros quos iudican
do corrigere poteſtis tacēdo perire p
mittatis.taliter ꝙ qñ qs videt pecca
ta fieri vel ſit ea fieri.ſi videns dū po
teſt corrigere tolerat videt ⁊ pſumit
particeps eris.qr eoipſo videt tacite
approbare et licētiam dare.hec hoſ.
in ſu.cōci.li.iij.ti.xxxiij.q.xlij. et in
ſupple.confeſ.iij.§.vj.et.lxxxij.diſ.
error.qui ſic dicit:error cui nō reſiſtit
approbat.vide d hac materia.j.fau
tores.⁊.j.negligētia.et.j.errās. ideo
**prouiſo ſolerter**
Itē ꝯſentiēs ſponte aliqd pterue
agi:aut loqui:aut fieri:dicit blaſphe
mari ſpūſſanctꝰ.vt.xxv.q.v.violato
res.et.s.blaſphemia.et.j. hereticus.
**Ideo prouiſo ſolerter**
Antea debet homo oīa mala pa
ti et etiā morte ꝙ malo cōſentire. vt
dicit tex.in.c.ſacris.de ſepulturis.
**Ideo prouiſo ſolerter**
Sed ꝯſentiētes ⁊ agētes par pena
cōprehēdit.xvij.q.iiij.oſſies eccleſie
nam ratihabitio mādato cōparatur
vt in glo.dicti.c.et ex.de reſti.ſpo. cū
ad ſedē.in fi.ff.de vi et vi ar.l.i.§.ſed
et ſi cū qs.Nam nō ſolū de ꝯcilio ſ3
etiā d volūtate qs tenetur.i.q.iij.ꝯ
pſulatus.imo q poteſt reſiſtere et nō
reſiſtit excōicatus eſt.vt ex.de ſen.ex
cōmu.c.quanto.reſpon.ſi qs nomie
meo ꝑcutiat aliū ibi ratihabitio mā
dato cōparat als non.vt.ff.de nego.
geſ.l.ſed pupilli.§.item queritur.ex
de ſen.ex.mulieres. **Ideo pro
uiſo ſolerter**

**Conſiliarij** pncipis dicuntur
pars corporis ipſius pncipis et q cō
mittit in eos proditionem quia in
ipſum principe3 cōmittere videt.vt
C.ad.l.iuli.maieſta. quiſquis. ideo

**prouiſo ſolerter.** contra illos q̄ ꝺ virgine beata maria et ꝺ apoſtol dñi nr̄i ieſu chriſti blaſphemāt.

**cōſpiratores.** qui dicanť. vi. de in. l. i. §. cū pron⁹. ff. ꝺ of. pfec. vigil

Itē an in crimine hereſis admitťanť teſtes ꝯſpiratores. vide in ſpe. ti. de teſte. §. i. in pn̄. v. item ꝙ eſt cōſpirator. et in ti. de accuſatione. §. iiii. vi/dendū ꝙ nō. Inno. ꝙ non. in. c. cū. i. in. i. col. in glo. in v. fides. de re iudi. bal. in. c. ꝯuenticulas. in. i. col. et pmo notabili. de pace iuran. fir. ꝙ verum. ſ. ꝯtra eū ꝫ quē fecit ꝯſpiratione als enim ſic vt ibi.

**conſiliū.** eſt inq̄ſitio de his q̄ ſūt ad finem. ſctūs tho. in pma ſcꝺe. q. xiiii. ar. i. et. ii.

Nota ꝙ iudices volentes habere ꝯſilia in cauſis coram eis vtentibus debēt bene videre pceſſu ꝫ et clare eligere dubia vt ſui coadiutores va cō/ſilia dare poſſint. do. ꝺ ro. in ſuis ve. deciſi. deciſi. cccv. in pn̄. dicit

An phibitus aduocare poſſit dare ꝯſiliū in camera. vel alienationes facere in ſcriptis. vide. s. aduocatus. §. i. et. §. non dicitur aduocatus

Que cū maturo ꝯſilio fiunt maiori firmitate nitunť. vt. C. de repu. l. non eſt dubiū. ex. de offi. dele. c. pru/dentiā. §. illa. xx. diſ. de quibus.

An inquiſitores poſſint ad ꝯſiliū inq̄ſitiōis peritos ꝯuocare et an ipſi periti teneanť eis dare cōſilium oportunū. vide. j. periti

In q̄b⁹ inq̄ſitor teneať petere ꝯſiliū ab epo. ⁊ eius ꝯſenſum. vide. j. de mitigatione pene.

Itē an ⁊ q̄ñ q̄s ꝺbeat petere ⁊ pſe qui ꝯſiliū alteri⁹. ſ. inter epm ⁊ inq̄ſitorē. vide de elec. in. c. cū veteri

Iteꝫ an inq̄ſitores poſſint petere ꝯſilium a poteſtate ſeculari. vide. s. brachium ſeculare. ⁊. j. executio.

De pena illoꝝ qui dant ꝯſiliū hereticis vt euadant a manib⁹ inq̄ſitorum vide. j. pena.

Sed de indulgentijs quas conſequūtur illi qui dederunt cōſilium in fauorē inq̄ſitionis. vide. j. indulgētia

Sed de illis qui dederunt conſilium hereticis vt auerterentur a fide chriſtiana. vide. j. fautor.

**Conſuetudo** eſt optima legum interpres et eſt ius quoddam moribus inſtitutum qꝺ pro lege ſuſcipitur cū deficit lex. nec differt ſcriptura an ratione conſiſtat quando ⁊ legem ratio commendat. et vocatur conſuetudo. quia in cōmuni eſt vſu. hec yſidorus. li. v. c. iiij. ⁊ habetur diſtinctione ſecunda.

Conſuetudo etiam iniuſta excuſat a pena tēporali. glo. no. pma. i fi. ⁊ petrus de ancha. in. c. cum venerabilis. de conſue. ⁊ in. c. ſane. in v. antiqua conſuetudo. de tēpo. ordi. bar. cepo. in ſingu. v. cxxvij. ⁊ panor. in dicto. c. cu ꝫ venerabilis. circa mediū ⁊ pe. de ancha. in ꝯſilio. cclxxij. incipit iure ſcripto. ⁊ alexander in conſilio. ccclix. qꝺ incipit. pro inueſtigatione predictoꝝ. in vltima colū.

An ꝯſuetudo delinquēdi excuſet a pena ⁊ debem⁹ diſtinguere inter penā tpalem ⁊ ſpūalē. glo. in diſ. de/niqꝫ. ⁊ in. l. aut facta. §. vlti. ff. de pe. ⁊ qꝺ ibi nō. nā excuſat a pena tpali. lꝫ nō ab eterna. vt. d. c. deniqꝫ. et de tem. ordi. c. ij. et ibi vide. j. in ſequē. §. ⁊ vide. j. error. in. §. an qui errat.

Licet ꝯſuetudo nō excuſet in delicto. vt in. c. fi. de conſue. Inno. i. c. i. de treuga ⁊ pace. glo. vl. in. c. ij. de tempo. ordi. ⁊ ibi Inno. iiij. diſ. de/niqꝫ. viij. diſ. mala. inducit tn̄ facilior ē cauſaꝫ diſpenſandi tex. iuncta gl. de ꝯſue. cū venerabilis. ⁊ ibi doct. facit de diuor. gaudem⁹. ꝺ ꝯſanguini. ⁊ affinita. ꝙ ſuper his.

Cōſuetudinē laudam⁹ q̄ ꝫ fideꝫ catholicā nihil vſurpare dinoſciť. vt xj. diſ. ꝯſuetudinē. ideo **prouiſo ſolerter.** circa aliquos rit⁹ gētilium vel iudeoꝝ. de q̄bus ppter cōſuetudinem ſuſpecti excuſabanť.

Item nota ꝙ ad hoc ꝙ cōſuetudo excuſet debet eſſe generalis ⁊ nō particularis. vt. xj. diſ. catholica. in pn̄. glo. et. c. d. ꝯtra morē et etiā hoc verum: niſi ſit talis conſuetudo onerosa. vt. xij. diſ. omnia. lxviij. diſ. cor epiſcopi. vel niſi pareat occaſionem malignandi: tunc eni reijcitur. ar. xij diſ. nos conſuetudinē. et in. d. c. omnia. xij. diſ. diciť ꝙ conſuetudines q̄ neqꝫ auctoritatib⁹: nec morib⁹ vniuerſitatis comprobanť reſecande et repellende ſunt ꝙuis non ſit tal' conſuetudo ꝯtra fidē. ⁊ eſt gl. xj. diſ. cōſuetudinē ergo ſi eſt ꝯtra fidem talis ꝯſuetudo nō excuſat a peccato: nec a pena tēporali cum cenſeanť heretici talē ꝯſuetudinē tenentes et obſuātes. et ſicut heretici ſunt puniēdi. Nā qui tranſeunt vel redeūt ad rit⁹ et cōſuetudines iudeoꝝ non excuſat eos conſuetudo multoꝝ. ſed tanq̄ ꝫ hereticos eſt procedendū. vt in. c. cōtra chriſtianos. de hereti. li. vj. Et ſic obſeruatur in iſtis regnis vbi tāta multitudo inuenitur errare. quia oia mūda mundis. coinq̄natis vo oia ſunt coinquinata. vt habeť in epla pauli ad thi. c. i. vide. j. neophitus.

Sed ex conſuetudine inquiſitores conſueuerunt diffamatos et ſuſpectos de hereſi. eos coram ſe reuocare et monerē. de hoc vide. j. de ordine procedendi.

Sed ex binario actu videtur crimen trahi ad cōſuetudinem de quo ſupra his.

Sed an ex conſuetudine vl ex iure expreſſo detuř pena ignis ipſis hereticis. vide. s. comburi. et. j. pena. et. j. ignis.

Sed de ꝯſuetudine officij inq̄ſitionis idē accuſator poteſt eſſe teſtis. de quo. s. accuſator. et. j. teſtis

Sed magis eſt introductū cōſuetudine ꝙ a iure tēpus gratie datum per inquiſitores: de quo vide. j. rediēs et ratio eſt in pꝛōptu. nā iſti sereniſſimi reges faciunt gratiam eis ex mia quia aliter nihil poterat eis relinqui vt dicta. l. quiſquis. C. ad. l. iuli. maieſta. et iqſitores ſequūť magis clementiam q̄ rigorem iuris ꝯformando ſe cū eccleſia que eſt pia mater.

Ex ꝯſuetudine ꝓuatur ꝙ qui fuerit lapſus in vno articulo fidei abiuret generaliter oẽm hereſi3.l3 in iſto ſint alie opiniões docto.incõtrariũ. vt.s̃.abiuratio.⁊.j.errans.

Qualiter ꝺ ꝯſuetudine obſer... iſtud aduerbiũ ꝯtinuo.vide.j.continuo.⁊.j.mia.⁊.j.rediẽs.⁊.j.venia.

Quilibet tenet viuere ſm ꝯſuetudinẽ illoꝝ inter quos v̾ſatur.vt.viij.diſ.que ꝯtra.⁊.xli.diſ.quiſqs.⁊ viatores tenẽt ſequi ꝯſuetudinẽ loci ad quẽ veniũt.vt p̃allegatis iurib⁹.⁊.xij diſ.illa.in tex.⁊ in glo.vlti.ar.ꝯtra.ff.ꝺ iudi.l.hers abſẽs.ex q̇b⁹ ꝯcludit̃ dũ fueris rome:romão viuito more

Nota ꝙ conſuetudo mores ⁊ vſ⁹ differunt.quia vſus ⁊ mores ſonant factũ ex quo deſcendunt.cõſuetudo ideſt ius ſm bar.in.l.de quibus.in.ij col.in v̇.oppoſitum dicitur hic ſeruari.ff.de legi.

Conſuetudo abuſiua ratione carens non valet.ab.in.c.i.de ꝯſuetu.

An inq̇ſitores ex ꝯſuetudine poſſint delegare cauſas proprio motu ⁊ ꝯſtituere ſibi vicarios generales quo ad examiationẽ teſtiũ ⁊ alia ꝑparatoria iudicij ⁊ an h⁹ fiat magis ex cõſuetudine ꝙ̃ ex iure.vide.j.delegat⁹.⁊.s̃.commiſſio.

Nota quid iniungatur ex conſuetudine ipſis hereticis redeuntib⁹ ab hereſi.de quo nõ.glo.in.c.vt officiũ de hereticis.li.vj.in.§.ſi v̇o.ſuper v̇.conſueuit.vbi declaratur.conſueuit autem iniungi talibus vltra alias penitentias ꝙ cruces deferant ante et retro.⁊ ꝙ ſtẽt in valuis eccleſiarum in certis diebus dominicis ⁊ feſtiuis ⁊ ꝙ crucientur pane anguſtie ⁊ aqua doloris.de hoc etiam.i.q.vij.quotiens.⁊.c.ſaluberrimum.et de conſa.diſ.ij.ego berengarius.ideo in penitentijs iniungẽdis. prouiſo ſolerter.

Traſgreſſor ꝯſuetudinis:vt traſgreſſor legis puniẽd⁹ ẽ.vt.xj.diſ.i bis

Sed conſuetudo petm̃ auget nõ minuit.xxiiij.q.i.ſciſma.xxxij.q.vij flagicia.⁊ ibi glo.in v̇.omnes.dicẽs ꝙ ꝯſuetudo non excuſat a pena.ca.non ſatis.⁊ ibi glo.de ſimo.

Sed ꝯſuetudo nutritiua peti nõ debet ſuari.nõ.in.c.ex parte.ꝺ ꝯſue.

Conſuetudo ne puniantur delicta non valet.Inno.in.c.ad noſtrã ... ſi.in v̇.item.in hoc eſt differentia de appel.bal.in dicta.l.de quibus.v̇.ex predictis apparet.ff.de legi.

**Cõtradictores** ne exeq̃t officiũ inq̇ſitiõis pñt excõicari ꝑ inq̇ſitores appel.poſtpoſita.vt habet̃ i q̇b⁹dã l̃ris aplicis diuerſoꝝ ſũmoꝝ põtificũ.⁊ vide.j.impedientes.

Contdicẽs ꝯfeſſioni facte ꝑ eũ i inq̇ſitiõe q̃liter puniat̃.vide.s̃.ꝯfeſſio.⁊ vide in inſtructione.inq̇ſitiõis

**Cõtrahẽs** binas nuptias viuẽte p̃ma vxore ſi aucte.ꝓpa duxit aliã in vxorẽ ⁊ ꝯiugẽ an ꝯ tales poſſit inq̇ſitor ꝓcedere ⁊ tãꝙ̃ ꝯ male ſentiẽtẽ de ſacramẽto.⁊ lap⁹ ab.i.c.accuſat⁹ in.§.ſane.ꝺ here.li.vj.dicit ꝙ fuit cõſultũ ꝙ ſic.⁊ ꝑ h⁹ facit q2 heretic⁹ dicitur qui cõmittit in vno ſacramento quia videt̃ cõmittere ꝯtra vnum de ſacramẽtis eccleſie.⁊ ꝑ ꝯſequẽs hereticus eſt habẽdus.vt de here.ad abolẽdam.in p̃n.idẽ ſequitur ibi dñic⁹.quia illa facit ꝯtra ſacramentũ mr̃imonij qꝺ habet de ſua ſubſtãtia. vt retineat indiuiduã vitam cũ illa cũ qua contraxit.vt in.c.fi.de ꝯditionibus appo.nam ſi q̇s vtit̃ ignorãter falſis litteris.non excuſatur.ſm hoſ.q2 ꝑ alios inueſtigare debuit.ſi tamẽ falſitas erat ita latẽs ꝙ non bene ꝑcipi poterat ⁊ ipſe adhibuit diligentiam quã potuit nec ꝑcepit excuſat⁹ eſt alioquin non.ex̃.de homici.Iohannes.⁊.c.vlti.vide in ſumma baptiſtiniana.inditione hereticus.§.antepenultimo:Sed melius poſſet dici.ſcil3 aut ille contraxit cum ſecunda clam vel palam ⁊ ſi clam p̃ſumitur doloſe hoc feciſſe ⁊ non per erroneam.⁊ ſic iſto caſu nõ poterit inq̇ſitor ꝯtra talem ꝓcedere.Si autem ꝯtraxit palam cum ſecunda.eo caſu non p̃ſumit̃ in dolo.ſed erronee hoc feciſſe putans ſibi licere ⁊ ꝙ erret in fide.⁊ ſic cognitio talis ꝑtinebit ad inquiſitorẽ.Idẽ ſeq̇tur panor.in.c.cũ quidam.de iureiuran.⁊ in ſuo conſilio.xviij.vide.j.heretic⁹. **Ideo prouiſo ſolerter**.vide.j.hereticus.§.ex quibus.

Nota ꝙ mulier tranſeundo ad ſecundas nuptias non reddita ratiõe tutele omnia bona ſua ⁊ mariti ſecũdi.tacite ſunt filijs obligata.C.in q̇bus cauſis taci.pigno.cõtra.l.ſi mater.⁊ in auct.de nup.coll.iiij.§.ſi ante tutelam.vide glo.in.c.ex parte.de appellatio.

Itẽ ponitur ſimilis queſtio.quidam frater ꝓfeſſus exiuit ordinem ⁊ accepit vxorem.queritur an inq̇ſitor heretice prauitatis poſſit de hoc cognoſcere ⁊ contra talẽ procedere.butri.cal.in.l.iij.C.ꝺ ſum.trini.⁊ fide catholi.diſtinguebat ⁊ dicebat ꝺ iſta queſtione illud qꝺ dictum eſt in.§.s̃ ꝓximo faciendo illam diſtinctionẽ.aut contraxit clam:aut palam.⁊ ſic iſta deciditur ꝑ ſupradictam.



**Cõtinẽtia** et thori coniugalis fidelitas nimis laudabilis eſt int̃ cõiugatos ⁊ fornicatio nimis deteſtabil̃ ⁊ odioſa.vt pat3 ꝑ multa dicta ⁊ autoritates ſanctorum. ⁊ vt magis ſeruetur inter omnes continentie fidelitas fuit facta quedam conſtitutio a fratre Guillermo dei permiſſione epiſcopo ſabinẽſe apoſtolice ſedis legato facta ⁊ edita in concilio apud valle moleti palentine dyoceſis.⁊c.Anno a natiuitate dñi.Milleſimo.cccc.xxij.iiij.nonas auguſti.quare p̃fatum concilium fuit factu3 Sequitur dicta conſtitutio ad litteram que ſic dicit.Lex continentie et thori coniugalis fidelitas quandoq3 per concubinatum abuſum.quãdoq3 per ſecũdas nuptias quas pleriq3 de facto cum de iure non poſſunt.contrahunt contra legis diuine precepta indebite violatur.Ideoq3 ſtatuimus vt quicunq3 coniugatus concubinã publice detinere pre/

ſumpſerit.vel coniugatus aut nõ cõ
iugatus conſanguineam.aut ſancti
monialem. vel alteri coniugatam.
ſeu coniugatus.aut non coniugatꝰ.
concubinam infidelem preſumpſe/
rit detinere.tam ipſe ꝙ ipſa. eoipſo
ſententiam excommunicationis in/
currant. Prelati vͦo ſententiam hu/
ius in eccleſiis faciant ſepius publi
cari.vide.s̈.caſtitas.⁊.s̈.adulteriuꝫ
⁊.j.fornicatio.

**CÕTINUO** q̃lit iſtud adũbiũ intel
ligatᷣ qñ aliq̃s venit ad vnitatem ec/
cleſie.vide.j.miſericordia.⁊.j.rediẽs.
⁊.j.venia. Et circa iſtud verbuꝫ cõ
tinuo eſt notandum ꝙ de conſuetu
dine ab aliquibus obſeruatur de pri
ma ſeſſione iudicij a prima die qua
examinaturᷣ eius cauſa. ita etiam ꝙ
hoc faciat ſpõte⁊ nõ ꝑpᷣ metũ ꝓba
tionũ nec cruciatuũ ſm gl.ray. i ſuo
ꝯſi.li.j.ti.xv.q.iiij.vbi hec notãtᷣ ſm
ray.ideo **prouiſo ſolerter.**
vide in.§.ſe.⁊ de iſto vͦbo ꝯtinuo. vi
de ab.in.c.ceterũ.de reſcripᷣ.

Incontinenti qualiterᷣ intelligatᷣ
hoc verbum incontinenti.vide.j.mi
ſericordia.⁊.j.rediens. Sed verbum
continuo ſignificat ſtatim vel incõ/
tinẽti.ſm docto.in.c.ceterum.de re/
ſcrip.et vide in.l.iij.ff.pro ſocio.ali
quãdo exponitᷣ pro integro.tex.eſt i
l.paulus.§.gaiꝰ.ff.de libe.cau.aliqñ
etiã intelligitᷣ cũ tẽporis intuallo.gl.
eſt⁊ ibi bar.in.l.ſtipulatꝰ ſum dauia
ff.de vͦ.ob.vide etiã tex.in.l.ariſto.ff
de dona.vbi exponitᷣ ꝯtinuo.i.incõ/
tinẽti.aliqñ exponitᷣ.i. tp̃e ꝯgruo.c.
fi.de vͦ.ſig.li.vj.

**CONTRITIO.** An ſit neceſſaria in
ꝯfeſſione ad hoc vt hereticꝰ recipiatᷣ
ad miſcõdiaꝫ.vide.s̈.ꝯfeſſio.⁊.j.mia
⁊.j.redeũtes.⁊ Prouiſo ſolerter.

**CONTUMACIA.** an dicatᷣ hereſiſ
⁊ dicendũ ꝙ ſic.vt eſt gl.xl.diſ.ſi pa
pa.tex.xxij.diſ.§.porro.de hereti.cũ
ꝯtumacia.li.vj. Nã oĩs hereticus et
infidelᷣ dr̃ ꝯtumax.vt.lxxxj.diſ.ſi q̊
preſbyteri.xxix.diſ.nulli fas.eſt eniꝫ
talis contumax in non faciendo qᵭ
iubet eccleſia.⁊ ſic poteſtati dei ⁊ ec
cleſie que a deo eſt reſiſtit. ſed nõ ſic
intelligendum de illo qui eſſet cõtu/
max in non cõparendo corã iudice.
q̊a pena talis ꝯtumacis ſtatuta eſt a
iure ſcp̃to vlᷣ ꝯſuetudine in ſuis caſi
bus.qꝛ abſurdũ eſſet ſi q̊s pro q̃libet
ꝯtumacia dũ eſſet vocatꝰ nõ veniret
ꝙ eſſet hereticꝰ.nam ſic deſtruerentᷣ
oẽs tituli.de requi.reis.vnde opoꝛtꝫ
intelligi in ꝯtumace heretico qñ nõ
venit:nec cõparuit coram iudice vili
pendendo eũ in obprobriũ fidei cre/
dens non eſſe poteſtatẽ a deo.vt dicᷣ
apoſtolus ad romanos.xiij.c.⁊.xx
iij.q.i.quid culpatᷣ ſpernẽdo claues
eccl̃ie⁊ romanã eccl̃iaꝫ⁊ eiꝰ miſtros
⁊ p̃latos.q̊a oẽs ab ea ſunt.xxij.diſ.
omnes.ſm andre.de pſer.
Itẽ ꝯtũax dr̃ ifidᷣl.vt.xxxviij.d.nlls

Nota ꝙ ex ꝯtumacia ſtati cõſur/
git vehemẽs ſuſpitio.lꝫ crimẽ nõ ſit
plene probatũ.ſed opoꝛtet ꝙ ad hoc
ꝙ ex ꝯtũacia ſurgat vehemẽs ſuſpitio



ꝙ in citatione exp̃matur iſta clauſu
la.ſcꝫ ꝙ veniat reſpoſurus de fide:
vel ſe excuſandum ſuper inquiſitio/
ne hereſis formata contra euꝫ et tũc
cum non cõparuerit et cõſtiterit de
eius contumacia poterit excõmuni/
cari.ſi vͦo eſt plena ꝓbatio contra eũ
etiã nõ facta alia monitiõe nec alia
cõtumacia ſpectata.in qua excõica/
tione ſi ſteterit ꝑ annũ aĩo indurato
tunc illa ſuſpitio vehemẽs tranſit in
violentam p̃ſumptionẽ et tanꝙ he/
reticus poterit cõdemnari.caſus eſt
exp̃ſſus.in.c.cũ cõtumacia.de here.
li.vj.et in.c.excõicamꝰ.el.i.ex̃.eo.ti.
§.i.et de p̃ſumpti.c.l̃ras.et.c.veniẽs
et.C.de here.auctᷣ.gazaros.et auctᷣ.
credẽtes.que ſunt approbate ꝑ.c.vt
inq̊ſitionis.in p̃n.de here.in.vj:et nõ
ꝙ ſi abſens ꝯtumax dedit fideiuſſo/
res ꝙ poterit eis indici pena pecuni
aria.vt.ff.de cuſ.reo.l.ſi quis reũ. vi
de.j.preſumptio.et.j.ſuſpitio.et vidᷣ
j.excõicatio. **Ideo prouiſo ſolerter.** vidᷣ.s̈.abſẽs.§.ſꝫ nũq̊d

Nõ ꝙ ſi q̊s accuſatꝰ vel ꝯuẽtus ci
uiliterᷣ vel criᷣaliter et ꝯtumax excõi/
catus ꝑ annũ ſteterit eo lapſo ꝓ con
uicto habetᷣ.vt.xj.q.iij.rurſꝰ.et.c.q̊ſ
quis.tamẽ veniẽs tẽpore elapſo ſi ſe
vult defendere auditurᷣ de crimie.ſꝫ
bona nõ recuperat.vt.ff.de req̊.reis
annꝰ.ergo in hereſi ſola p̃ſumptiõe.
ꝙuis vehemẽti nõ tñ ꝓbabili de tan
to crie non condemnatᷣ quis exquo
negat et paratus eſt eccleſie obedire
ſed ex ſuſpitiõe et obſtinatiõe et lap
ſu ãni ꝑ quẽ excõicatꝰ ſtetit ꝯtẽpnen
do eccleſiam⁊ etiã petri claues vt di
cit illa.ti.de penis.c.vl.⁊ de excel.p̃/
lato.c.vlti.alᷣs ſi ſola ſuſpicio habetᷣ
ꝙuis vehemens ⁊ paratꝰ ſit hereſim
abiurare recepta tamẽ ſecuritate cuꝫ
iuramento ꝙ timore pene tempora/
lis debeat cohercere admittiturᷣ⁊ im
ponitur ei diſcreta penitẽtia ex qua
appareat vtruꝫ in tenebris ambulet
an in luce. Et ſi bene agendo penitẽ
tiam catholicum ⁊ bene conuerſum
ſe oſtenderit non debet indebite mo
leſtari.alᷣs ſi fictam penitentiam a/
gat.tanꝙ hereticus condemnatur.

**Ideo prouiſo ſolerter**
de hoc vide de preſumpti.litteras. et
hoſtien.in ſumma.ti.de preſumpti.
§.vlti.vͦ.⁊ eſt notandum.⁊ in ti.de
hereticis.§.qualiter deprehendatur.
vͦ.ſed nunquid.⁊ vͦ.ſequenti.

Sed qui cõtumaciterᷣ ſe abſentat
prouiſuꝫ eſt de remedio vt debeat ex
cõmunicari.⁊ ſi per annum in excõ/
municatiõe perſiſtit ꝙ talis velut he
reticꝰ puniatur.vt in.d.c.cũ cõtuma
cia.de hereticis.li.vj. ſed ponamus
ꝙ in rei veritate iſte qui videtur con
tumax non eſt hereticus nunq̊d hu/
iuſmodi pena in eum inflicta a iure
teneat.⁊ ditendũ ꝙ ſic.qꝛ ꝯtũax fuit
⁊ in rei veritate cõparerᷣe tenebatᷣ co
rã iudice cum ſententia excõmunica
tionis iuſta vel iniuſta timenda eſt.
vt.j.excõicatio.⁊.s̈.abſens.et dicto
§.ſed nnnquid.

Cõtũax eni venire tenetᷣ corã iu/
dice.vt in.l.ſi quis ex aliẽa.ff.ᵭ iuᵭ.
⁊.ff.ᵭ iuriſdic.om.iudi.l.ij.vbi hoc

tenet bal.ſed bar.in.d.l.abſentē.ff.de
pe.dicit ꝙ tal' habet̃ ꝓ ꝯfeſſo.ppt̃ cō
tumaciā.ſed ſi poſtea ꝯſtaret iudici
de innocentia ꝯtumacie non poſſet
ad punitionē criminis procedere.de
quo vide.ſ.ꝯfeſſio.in.§.an ⁊ quādo.
⁊.§.ſequēti.⁊ vide.ſ.abſens.

Nota qđ dicit anto.de bu.in cle.
i.de dolo ⁊ ꝯtu.ꝙ aliud eſt conſtare
manifeſte đ ꝯtumacia.et aliud ꝯſta
re de ꝯtumacia manifeſta.vnde iſta
ſemel ſtant.ſcilꝫ ꝙ cōſtet manifeſte
de crimine vel de contumacia alicu
ius.licet dictū crimen vel contuma/
cia non fuerint manifeſta ſeu mani
feſte commiſſa.vt ibi per eū.⁊ etiam
in ſimili dicit bar.ff.ſolu.matri.l.ti/
cia.quem cōmuniter ſequūtur cano
niſte ꝙ quando dubitatur ſuper ma
trimonio vel vſura ⁊ ſimilibꝰ. facit
differentiam an dubitetur in iure vł
in facto.⁊ plenius per domini.c.fi.
in fi.de foro compe.li.vj.

## conuinci et conuictus

quibus modis quis ꝯuicatur de he/
reſi.vide.j.probationes.

An leuia ſigna ſufficiant ad con
uincendum quē de hereſi.⁊ dicendū
ꝙ ſic.vt in.c.litteras.de pſump. ſed
hoc debet itelligi ſm nōta.in.l.ij.C.
đ her.⁊ ſic trāſit io.dimo.i cle.i.e.ti.

An ⁊ quando cōuictus recipiat̃
ad miſericordiam.vide.j.miſericor/
dia.⁊.j.redeuntes.Et dicendum ꝙ
non conuictꝰſed ſola ſuſpitione no
tabilis non aliter eum eccleſia reci/
pit:niſi propriam innocentiam con
grua purgatione monſtrauerit.vt in



c.ad abolendam.§.qui vo.c.excom
municamus.§.i.⁊ in auct.gazaros.
C.de hereticis.ergo multo minꝰcon
uictus per teſtes recipiendus erit vel
abſoluendus propter ſuam ſolā ne/
gationem.quia al's ſuam innocenti
am non demonſtrat ſicut nec demō
ſtrare poteſt ex quo ꝯuictus eſt ꝑ te/
ſtes idoneos ꝯt̃ quos nihil dicit:nec
al's ſe defēdit Ideo prouiſo
ſolerter.vide.j.mia.⁊.j.rediens

Sed hereticus per hereticum cō/
uinci poteſt.vt in quadam cōſti.fre.
imperatoris.que incipit Gazaros.

An conuicto de hereſi poſſit ſibi
imponi penitentia pecuniaria cum
omnia bona ſua veniant confiſcan/
da.vide.j.penitentia.

## copia.

An in generali inqſitione
det̃ copia articulo℞.⁊ dicēdū ꝙ nō.
vt tenet archi.in.c.deꝰoipotēs.ij.q.i.
glo.de accuſa.ſicut olim.

Sed an inquiſito debeat dari co/
pia articulorūꝫ anteꝗ̃ reſpōdeat ad
inquiſitionem.tex.facit qđ nō.iij.q.
ix.decreuimus.hoſtiē.de ſimo. licet
heli.vide.j.inquiſitio.ſed dicenduꝫ
ꝙſi accuſatus in inqſitione petat co
piam accuſationis ꝙ debet ſibi dari
⁊ nō denegari ſicut ſolet dari i alijs
criminibꝰ in qbꝰiminet minꝰpericu/
lū ꝙ̃ in inqſitione.vt ex.de accu.q̄lit
⁊ quādo.§.debet.cum ſuis concor.

Sed an copia interrogatoriorūꝫ
ſit danda parti.et dicendum ꝙ non.
ſm docto.de teſti.per tuas.nō. in.c.
preſentium.de teſti.li.vj.glo.in.v̄.in



terrogatorium.ſecus in copia articu
lorum ſuper quibus ſunt teſtes exa/
minādi.inno.i.c.ꝑ tuas.de teſti.

An nomina teſtium ſint dāda in
ipſa copia q̄ datur ipſi delato.vide.j
nomina.et.j.teſtis.

Copia defēſionis eſt danda dela
to anteꝗ̃ ſubijciatur torture. vt te/
net bar.in.l.fi.ff.de queſtionibus.

Itē ex teſtibꝰ in generali inqſitio
ne receptis.nō poteſt q̄s condemna
ri niſi ꝑus ſibi det̃ copia defenſionis
et iterū ꝓbationes ſufficientes fiant
vt voluit Inno.de elec.bone.el.i.et
ſpe.in ti.de noto.crimi.in pn. đ quo
vide.j.teſtis.

Itē ſciendū ꝙ copia abiuratiōis
debet mitti per inqſitores ad oēs il/
las eccleſias q̄ fuerūt ſcādalizate ex
tali anteꝗ̃ hereſim abiuraret:vt que
male fuerūt edificate de ꝑuerſo gau/
deant ⁊ edificent̃ de ꝯuerſo.vt eſt te
xtus in.c.ꝯueniētibꝰ.i.q.vij.⁊ ibi gl.
vide.ſ. abiuratio.

## cōuocare

poſſunt inquiſitores
clerūꝫ⁊ populū vt interſint ſenten/
tijs officij vł aliis oportuniſ dicti of
ficij in quibus ipſis apparuerit ꝙ de
bēt cōuocari.vt in.c.vt cōmiſſi.đ he
reticis in.vj.⁊ etiam poſſunt cōuo/
care peritos ꝑ examinatione proceſ/
ſuum.vt.j.periti.Iteꝫ poſſunt inuo
care baiulum ſeu poteſtatem vt eis
aſſiſtant tempore ſententie cum ali/
quis eſt relaxandus vel condemnā/
dus.vt dicto.c. vt cōmiſſi.⁊ vide.j.
de forma q̄ teneri debet quando ali



quis eſt tradendus curie ſeculari.

## cor

Deus reſpicit.de vſuris.in ciui
tate.vbi glo.allegat.concor.xv.q.vj.
c.i.in fi.glo.in.l.ij.ff.de donatio.in/
ter vi.et vxo.ij.q.iiij.cōſuluiſti.xxxij
q.v.chriſtiana.Nam deus eſt q̄ ſcru/
tatur renes ⁊ corda.⁊ qui interrogat
cor ⁊ audit in corde ⁊ nihil ignorat
vt dicta.xv.q.vj.c.i.⁊ de iudi.c.no/
uit.vide.j.deus.

Sed fides principaliter conſiſtit i
corde ſecundario i ore.de quo vide
infra fides.

An ex corde ⁊ ex mente iudicet̃
quis hereticus.vide.j.hereticus.

An homo poſſit de corde iudica
re.vide.j.iudex.⁊ iudicare.

Sed cor debemus habere ad de/
um dum miſſa celebratur.de conſa.
diſ.i.quando autem ſtamus.

## corrigere

ne pudeat vos erro/
res veſtros corrigere.in.c.qualiter et
quando.el.i.ext̃.de accuſatio.ſed ſi i
aliquo errauit iudex non debet ſpō/
te fateri errorem ſuūꝫ ne vileſcat eiꝰ
auctoritas:nec debet errorem ſuum
defendere ſeu in eo perſeuerare. al's
eſt pertinax.abbas in dicto.c.quali/
ter et quando.el.i.

Corriguntur homines ſi vitia o/
dio habeant.lxxxvj.diſ.odio.

Qui alios vult corrigere de eodē
crimine in quo ipſe corrigens ſtat in
uolutus nō mouetur bono zelo ad
correctionem alterius ſi prius ſeipm
nō corrigit q̄ nōdū ē corretꝰ.nā vt ait
cato ſpe ē doctori cū clpa redarguit

ipſum.⁊.iij.q.vij.ꝙ ſine.⁊ ea.q.§.por
ro.in fi.⁊.c.iudicet.⁊.i.q.i.multi.⁊
xxv.diſ.c.vl.⁊.xxxv.q.vj.epus in ſi
nodo.⁊ ex.de teſ.cogen.ꝑterea.⁊ de
ſpon.cū in tua.⁊.ij.q.i.ſi peccauerit
⁊ glo.fi.in.c.nouit.de iudicijs.

An volens ſe corigere ſit iudican
dus heretic⁹.vide.j.hereticus.

An ⁊ qn̄ liceat iudici recipe teſtē.
volentē corrigere dictū ſuū.vide.j.te
ſtis.⁊ vide bar.in.l.ſi poſtulauerit.§.
i.ff.de adul.⁊.l.repeti.ff.de queſtio.
⁊.l.quicq̇d aſtringēde.ff.de v̇.obli.

Sed malos quos pt eccleſia cor/
rigere ſecularis poteſtas debet cohe
cere.xxiij.q.v.pncipes.⁊.c.iceſtuoſi

Sꝫ pr̄ ſciēs filios vel vxorē face/
re aliq̄ ꝯt fidē debet eos corrigere ⁊
acri⁹reprehēdere ⁊ caſtigare alit nō
excuſat a pena filioꝝ.vt de ſimo.lꝫ
beli.vide.j.heli.⁊.j.error.

Pater corrigere tenet filioꝝ exceſ
ſus al's peccat.⁊ tenet enim ad hoc.
xxiij.q.iiij.duo iſta.vide bonū tex.
xlvij.diſ.in.§.neceſſe.facit.c.non pu
tes.xxiij.q.v.ab.in.c.licꝫ heli.de ſi/
mo.in.i.col.facit illud ſalomo. qui
parcit virgis filiū odit⁊ quos de⁹di/
ligit corrigit ⁊ caſtigat.vide bonū te
xtum in.c.cū beat⁹xlv.diſ.⁊ ibi bo/
na glo.vide.j. heli

Quien vno caſtiga ciento hoſti/
ga.vide.j.executio.§.qualiter autꝫ.

Marit⁹ pt vxorē ſuā leuiter caſti
gare lꝫ dederit cautionēꝑpter ſniaꝫ
de q̄ timebat.vt nō.i.c.quēadmodū
de iureiurā.⁊ ibi plene ꝑ ab.in glo.
vlti.et vide gl.in.c.ſicut.vij.q.i.⁊ te/



xtus iuncta glo.in.c.placuit.xxxiij.
q.ij.et io.ro.in notabilib⁹ſuis.in v̇/
bo marit⁹.⁊ vide nōta in.c.ex tranſ
miſſa.de reſ.ſpo.vbi eſt materia.

A correctione maloꝝ nō eſt cen/
ſandū.xxiij.q.iiij.ſicut non eſt.et.c.
ipſa pietas.

Corrigēdi ſunt pauci vt mlti ſal/
uent.xxiiij.q.ij.ecce autē crimina.

Qui vult ſe corrigere de delicto.
an ſit punied⁹.nō.de exceſ.ꝑla.c.in/
ter dilectos.in glo.prima.

Vſqꝫ ad quātū tēp⁹poteſt here/
ticus ſe corrigere.vide archi.in.c.cō
miſſi.ḋ here.li.vj.matthe.in cle.fi.e.
ti.glo.xxiiij.q.i.que dignior.

Corrigendi ſunt delinquētes mā
ſuetudine ⁊ nō ſeueritate.de quo vi
de.xlv.diſ.lꝫ.et.c.nōnunq̄.⁊.c. rece
dite.ſꝫ ꝯriū credo in crīe hereſis.vt.j
executio.⁊.j.pena.

CORPORA CELESTIA an poſſint
imꝓmere in intellectū ⁊ volūtatē di
recte.⁊ rn̄deri pt ꝙ īpoſſibile eſt cor/
pora celeſtia:ſic̄ ſunt planete ⁊ alia
imꝓmere directe in intellectū⁊ volū
tatē ſꝫ tantū indirecte in q̇buſdā be/
ſtialib⁹hoīb⁹ q̇ rōnē ⁊ intellectū ſub
ijciūt appetitui ſenſitiuo hui⁹modi
vani hoīes ⁊ inſani recurrunt ad de/
mones a q̇b⁹ꝑ q̄dam occulta pacta
multa futura intelligūt.vnde aug⁹.
ij.ſuꝑ gen̄.ad lr̄am dicit fatendū eſt
quō anathematicis vera dicūt inſti/
ctu quodā oceltiſſimo dici ꝙ neſciē
tes hūane mētes patiunt ꝙ tn̄ ad de
cipiēdos hoīes fit ſpirituū imūdorū
et ſeductoꝝ opatione q̇ q̄dā vera de



temporalib⁹noſſe ꝑmittūtur.de hoc
vide.j.demones inuocātes.

Curſus ſtellarū vl' planetarū fal
laciam an liceat attēdere. ⁊ dicendū
ꝙ non licet nob in noſtris agēdis in
ſpicere curſum ſtellarū vel inanē fal
laciā planetarū.cū omnia q̄ agimuſ
verbo aut opere.in noīe dn̄i noſtri ie
ſu chriſti facere debem⁹. ⁊ ei gratias
agere.vt.ſ.in prohemio

CREDĒTES.hereticoꝝ proximi
ſunt hereticis ⁊ pari paſſu ambulāt.
vt de hereticis excōmunicam⁹.§.cre
dentes.C.eo.ti.aut.credentes.q̄ fuit
frederici impatoris.i.x.coll.⁊ eſt ap
probata eo.ti.vt inq̇ſitionis.in prin.
li.vj.⁊ in quadā ꝯſtitutiōe alexādri
q̄ icipit.nouerit vniūſitas.§.credētes

Credens hereticoꝝ prope dicit il
le qui ſequit errorē quē aliq̇s gignit.
⁊ hec eſt differētia inter credentes ⁊
hereticos.nam heretic⁹ ꝓpe dicitur
ille qui gignit errorē.vt.j.detegitur.⁊
credens eſt qui adheret errori illi⁹ et
ſequit illum.⁊ eſt ratio.nā hereticuſ
eſt pncipiū erroris ⁊ credens appro/
bat illū errorē quē alius iuenit .⁊ ſic
intelligēdū eſt ꝙ illud qḋ dicit de he
retico debet intelligi de credēte quia
ſunt pares in ſcelere ⁊ ita debēt eſſe i
pena.vt ḋ hereticis.in.c.penul.⁊ me
rito quos par facin⁹ coinq̇nat ⁊ eij/
ciat eoſ ꝙ̄ par pena ꝑcellat.vt.C.de
epiſcopis⁊ clericis.ſi quēq̄.vt ſupra
dictum eſt.

Item illi dicuntur credentes he/
reticoꝝ qui verbis vel factis oſtēdūt
ſe credre erroꝛib⁹quoſ alij gignuerūt

Nam ſuꝑ verba ꝓſcripta aſſertione
indicatur credens.quia ex verbis de/
tegitur intētio volūtatis.vt.ff.ḋ ſup
pel.lega.l.labeo.⁊ ꝓpa voluntas in
confeſſione monſtratur.vt.xxij.q.ij
is aūt.ibi PROUISO SOLERTER

Item factis oſtenditur quis cre/
dēs hereticorum:dum id facit ī quo
monſtratur ipſe error ⁊ ſe credens il
lum.vtputa quia ſciēter adorat here
ticos ⁊ vadit ad ꝑdicationes eorūꝫ.
vel exhibet eis reuerentiam ẜm ſuoſ
mores.vl' recipit ab eis conſolationē
vl' cōmunionē.imo verius deſolati/
onē.vl' man⁹ impoſitionē.vl' alia fa
ciunt que pertinēt ad rituꝫ ſeu ſectā
ſuꝑſtitioſe religionis illorum.Nam
talis dicitur eſſe credens hereticoruꝫ
vt ḋ hereti.li.vj.in.c.filij. IDEO
PROUISO SOLERTER.quia vide
re meo iſti qui tranſeunt ad ritus iu/
deorum bene poſſunt dici credentes
hereticorum.

Non enim refert an quis declaret
opinionē ſuā v̇bis ⁊ factis. vt. ff.de
legi.l.de quibus.in fi.xx.q.i.quē pro
genitores.xj.q.iij.exiſtimant.Nam
ex factis ꝑſumitur ḋ effectu.vt.ff.de
dolo.l.dolum.⁊.ff.ḋ excep.do.l.i.i
ꝑn.ff.de condi.inſti.l.quidam teſtā.
in fi.ex.de biga.nuper.xxxij.q.v.qui
viderit.⁊.c.ſicut enim.imo plus eſt
facto ꝙ̄ verbis aliquid facere ad de
clarandum quis voluntatē ſuam.vt
de appella.c.dilecti.⁊ dicto.c.exiſti/
mat.⁊ concor.de conſti.c.cū acceſ/
ſiſſent.⁊.c.i.in fi.li.vj.⁊ ſignāter di/